



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Maritus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

tarius, sed Domino suo, id est mandanti  
res illa perit. Diana part. 3. tract. 6. ref. 49.  
p. 8. tr. 7. ref. 34. & p. 9. tr. 7. ref. 32.

## M A R I T V S.

*Maritus habet dominium corporis uxoris.*  
**M**aritus habet dominium corporis uxoris, sicut e contra, & tenentur invicem reddere debitum. Vide verb. *Debitum conjugale, verb. Copula, verb. Oscula, verb. Tactus.* Potest maritus irritare vota uxoris: ferè omnia. Vide verb. *Voti relaxatio.* Potest dimittere uxorem comprehensam in adulterio, non tamen occidere. Vide verb. *Adulterium n. 4. & 5.* An verò incurrit irregularitatem bigamiae, si illam postea cognoscit. Vide verb. *Irregularitas, n. 11.* Item potest cohabitare cum uxore excommunicata. Vide verb. *Excommunicationis, n. 34.* Ut maritus fiat Cardinalis, vxor siue sit iuvenis, siue senex, satis est quod maneat in saeculo cum voto castitatis. Vide verb. *Cardinalatus, n. 5.* Sed quid si ipse, vel vxor Religionem vulgredi? Vide verb. *Ingressi Religionem.*

## M A T E R.

**C**ertum est, quod homo liber vendi non potest, etiam si referatur in tempus; quo iam sit servus. Videatur Mol. *dis. 34. n. 21. & disp. 33.* in extrema tamen necessitate famis filius potest vendi à Patre. L. 2. *Cod. de Patribus qui filios suos distraxerunt.* Vide Dicast. *de iust. lib. 2. tract. 9. disput. 1. num. 85.* Aliter etiam in extrema necessitate filium vendere nequit: nam qui in sua potestate aliquid non habet, nequit illud vendere, sed filii non sunt in potestate patris, ut expediti iuris est; ego, &c. Ita Gregorius Acacius. Sed oppositè mordicus adhæret Hulticus Hunnius. *part. 9. tractat. 7. resolutione 27.*

## MATERIA LEVIS.

**Q**uoniam actus distinctionem sumunt ab obiectis, ad cognoscendum, utrum in transgressione alicuius præcepti detur materia levis, quæ constituat culpam tantummodò venialem, hanc regulam tradit Baldellus *tom. 1. lib. 3. disputat. 14. num. 3.* Si ex ratione obiecti per se prima oritur notabilis oppositio ad virtutem versantem circa illud, in tali obiecto non datur materia levis. Si autem ex ratione obiecti per se prima oritur oppositio ad virtutem neque gravis, neque levis, ita ut fiat deinde gravis ex ratione obiecti per se secunda; tunc dabitur materia levis, & culpa levis. Exemplum. Quia in furto ratio per se prima est, quod res quæ habet solum esse malum ut sic, & contra iustitiam ut sic, non autem notabiliter, id quod habet solum ex eo, quod res aliena sit notabilis, furtum erit gravis, vel levis culpa iuxta rei acceptæ magnitudinem, aut parvitatem. Contra verò, quia in materia infidelitatis ratio per se prima est, quod negetur fides Deo aliquid revelanti, quod ex se habet notabilem oppositionem, ad virtutem fidei, idè in peccato infidelitatis non datur materia & culpa levis. Sed Palaus *tom. 1. tractat. 2. disputat. 2. punct. 7. numero 2.* ex Ecclesiæ & fidelium sensu id autumat desumendum, qui fundatur in ipsarum rerum natura. Nam aliqua sunt ita ex natura sua inordinata, ut in quavis materia reputentur gravissima, ut idololatria, simonia, infidelitas, &c. aliqua ita levia, ut, nisi aliqua circumstantia accedat semper reputentur levia, ut verbum otiosum, scurrilitas, &c. alia denique ex natura sua mala quidem, sed nec levia, nec gravia, crescentia tamen, & decrescentia iuxta quantitatem materiæ, ut furtum, &c. *p. 5. tra. 5. refol. 1.*

2 ✕ Igitur datur materia levis in  
Gggg 3 primis.